

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ**

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis in genere; de Baptismo, de Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ; Constitutionem Innocentii XII. super celebratione Missarum, variaque alia decreta

**Genet, François**

**Parisiis, 1703**

Q. 3. 4. 5. Quid significat alapa; unctione Chrismatis in fronte; Pax data Confirmato?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40834**

## 124 TRACTATUS III.

eum tanquam infirmum, & adhuc imbecilem; hoc autem fieri non potest à non Confirmato, cùm sit ipse etiam imbecillus, & infirmus. Quare non confirmatus non potest esse patrinus in Sacramento Confirmationis.

Quest. 2. Contrahitur-ne aliqua affinitas in Sacramento Confirmationis, sicut in Baptismo?

Resp. Ut ait Bonifacius Papa relatus in **Can. Nedum.** none, omnino contrahitur; sic enim ait. Ex **De Cognat.** Confirmatione quoque, seu frontis Chrisma-  
spirituali in tione, spiritualis cognatio eisdem modis con-  
trahitur, matrimonia similiter impediens con-  
trahenda, & dirimens post contracta.

**Conc. Trid.** Et Concilium Tridentinum ait; Ea quoque  
**sess. 24. De** cognatio qua ex Confirmatione contrahitur,  
**Ref. Matr.** Confirmantem & Confirmatum, illiusque  
**cap. 2.** Patrem & Matrem ac tenentem non egrediatur.

Quest. 3. Quid significat alapa quam Episcopus leviter, infligit Confirmato?

**S. Carol. A&G.** Resp. Episcopus, inquit sanctus Carolus,  
**p. 4. De Sa-** eum leviter in maxilla cedit, quem Chris-  
**gram. Confirm.** mate confirmat, ut sciat homo Christianus,  
se jam militem esse, cuius pugna & victoria  
eluceat in patientis injuryis, non in illis in-  
ferendis; deinde se in Christiana militia con-  
titutum esse, in qua non hujus vita jucundi-  
tates & commoda querat, sed incommoda po-  
tius, atque adeo mala multa patienter ferat.  
Ac præterea intelligat officii sui esse, in acie  
stare, telaque unde veniant observare: ita ut,  
quamvis illis telorum iictibus corpus, honor,  
opesque ladantur, anima tamen nullo pacto  
offendatur.

Quest. 4. Quare Episcopus Confirmatum  
signat Chrismate signo Crucis in fronte?

Resp. In Sacramento Confirmationis, ait

*De Sacram. Confirm. Cap. IV. 125*

Divus Thomas, homo accipit Spiritum-sanc- D. Th. 3. p.  
tum ad robur spiritualis pugna, ut fortiter q. 72. art. 9.  
etiam inter adversarios fidei Christi fidem in corp.  
confiteatur. Vnde convenienter signatur Chris-  
mate signo crucis in fronte, propter duo. Pri-  
mò quidem, quia insignitur signo Crucis,  
quod quidem habet esse evidens & mani-  
festum: inter omnia autem loca corporis hu-  
mani, maximè frons manifesta est, qua  
quasi nunquam obtegitur: & ideo linitur  
Confirmatus Christmate in fronte, ut in ma-  
nifesto demonstret se esse Christianum: sicut  
& Apostoli post acceptum Spiritum-sanctum se  
manifestaverunt, qui prius in cœnaculo late-  
bant. Secundò quia aliquis impeditur à libe-  
ra confessione nominis Christi propter duo,  
scilicet propter timorem & propter verecun-  
diā: utriusque autem horum signum maxi-  
mè manifestatur in fronte, propter duo scili-  
cet, propter propinquitatem imaginationis, &  
propter hoc, quod spiritus à corde directè ad  
frontem ascendunt, unde verecundati erubes-  
cunt, timentes autem pallescunt. Et ideo in  
fronte signatur Christmate, ut neque propter  
timorem, neque propter erubescientiam nomen  
Christi confiteri prætermittat.

Quæst. 5. Quare Episcopus pacem dat  
Confirmato?

Resp. Ex sancto Carolo; Parochus postremò s. Carol. A. Et.  
pacem Confirmatis dari ostendit, ut intelli- p. 4. De Sa-  
gant se gratia plenitudinem, & pacem qua cram. Confirm.  
exuperat omnem sensum consecutos esse.

187  
188